Est ACADEMIA nihil aliud, quam arx
sapientiae, templū Veritatis, scientiarū
thesaurus, omniū liberaliū artiū mercatus
modestiae & humanitatis palaestra, amicitiae
et humanarū virtutū officina, civilium
instrumentorū armamentariū, mirabi-
liū animi voluptatū paradysus, atque fons
universae in hisce terris vitae beatae, de-
nique etiam aurora quaedam, communis
omiū salutis praenuncia.

JOANNES STURMIUS
in libello de literarū ludis recte
aperiendis.

Et ante tempestates, atque perturbationem
literarū ac sapientiae studia coli debent,
et in ipsis fluctibus nō abijci aut opprimi
ut et ante pericula providere mala
possimus, et in ipsis difficultatibus, si sint
diuturnae, consilio non destituamur.